

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## Tercia etas mundi

**Q**uarum Etrurie insignis ciuitas his temporibus (ut Strabo refert) a grecis ex pisa Archadie ciuitate uenientibus incium sumpsit. Nam seruius sic inquit. Quidam ex ea et Elide ciuitatibus uenerunt. et pisas in ytaliam condiderunt. quas sic ex pristina ciuitate uocauerunt. Eam enim urbem uetustam et gestarum rerum gloria claram ab Alpheis originem habuisse Virgilius dicit quomodo ait. Nos parere iubent Alpheae ab origine pise. urbs etrusca solo. Et plinius. pisas inter auxerim et arnum amnes a pelope et territanis greca gente ortas asserit. Iustinus uero dicit. pisas in liguriis grecos auctores habere. Et lucanus in primo. hic tyrrhena uado frangentes equora pise. Hec igitur ciuitas quae infelix nunc sit habita utpote que florentino populo grauissimis subiaceat pressuris. olim tamen potentissima fuit. florentibus autem romanorum rebus nullum habuisse potentatum inuenimus. Postquam uero maritimae urbes etruscae. hinc luna inde populonia deletae fuerunt. quiescentibus per Karoli magni filiorum tempora ytalie rebus eam quam postea habuit potentiam assumere cepit. Quibus tem

poribus et deinceps multos praestantissimos habuit maritimo bello uiros: quorum uirtute et praestantia mirummodum aucta fuit. Quo factum est ut inter etruscas urbes. et belli gloria diuictis atque potentia principatum obtinere promeruerit. Et multas insulas atque ipsam quasi hierusalem suo dominio subegerit. Sed ab annis septuaginta postquam ea ciuitas florentinis subiecta fuit infrequens populo opibusque exinanita penitus est reddita. Pise tercio eugenio pontifice romano ornate fuerunt. Ea enim nunc superbissimis edificijs et pontibus super Arnum fluum positis exornata plurimum est. Habet inter cetera haec ciuitas Templum diuae uirginis dicatum. et claustrum toto orbe celeberrimum quod campus sanctus nuncupatur. Atque Turrim caponariam miro ordine confectam. Quae omnia uideri et mirari incredibile uidetur. Genuit haec ciuitas inter ceteros Raynerium et Bartholomeum Theologos et Juris pontificij doctissimos ordinis predicatorum. Atque Huguitiones gramaticum. et alios multos.

### Pisa

